R 21. may 81.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Illustri, Spectatissimoq Viro,

Constantino Hugenio

J. Gruterus. S. & p.

'S RYKS ARCHIEF.

Exiguum est, quodcunq dedit, Vir Magne, Gruterus,
Dignior illi omni munere semper eris.
Magna viris magnis debentur: curta supellex
Nil nisi perpaucum reddere nostra valet.
In magnis voluisse sat est; dormitat Homerus,
Scis, quandoq bonus, danda mihi venia est.
Tam facile est vati, proprio sic carmine falli,
Fallitur in metro saepe Poeta suo.
Si sciret Medicus podagram sic tollere diram,
Quam mutilum carmen corrigere est facile:
Convalui, breviter gestires scribere amico,
Nunc abeant, procul hinc, pharmaca jam valeant.
Faxit et hoc Dominus, Medicus quos solvere nodos
Nescit, Apollinea vincere et arte malos.

57

Idem Eidem.

Vita fugit sicut umbra: per umbras imus ad umbras
Sed revocas tempus, quod fugit, atq volat.
Undecimo conscripta avo tua carmina docta
Adducunt nobis aurea secla retro.
Scilicet Hiskiæ regis est velut umbra reverti
Visa decem gradibus, ordine retrogrado.
Linea et umbra notant tempus, brevis utraq semper,
Vitaq vanescit, scilicet umbra sumus.
Hugenius vivat, vigeat quoq serus in annos,
Junior aut redeat, qui sit et alter idem:
[ex cælo, post mortem]
Aut cadat Hugenius cælo jam Tertius alto,
[hic longævus sit, fueritq novus.)]
Aut hunc longævum redde, vel adde novum.

dabam Harlemi
20 Maij. ao m.d.c.lxxxiv.

as

1634.
XIII. May CIↃIↃCXXXIV.

Quamvis inops non sis. legendum et scribendum
Sed pauper non es,
optime curabit podagram, legendum
Duram curabit podagram.

58

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0459

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0459